

Revocatio facultatum conferendi reservata.

15 Item revocavit quicumque facultates, & literas desuper confectas, per quas quicumque sui Prædecessores Romani Pontifices, quibusvis personis ordinariam collationem, seu aliam dispositionem beneficiorum Ecclesiasticorum de jure, vel consuetudine habentibus, & quavis etiam Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, vel alia Dignitate, vel alio, non tamen Cardinalatus honore fulgentibus, quavis consideratione, intuitu, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriis derogatorijs, ac irritantibus, & alijs decretis, quorum tenores haberi voluit pro expressis concesserant, aut quandiu viverent, vel suis Ecclesijs, seu Monasterijs præsentent, aut ad aliud tempus de beneficijs Ecclesiasticis generaliter reservatis, seu affectis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, electionem, & quamvis aliam dispositionem, communitur, vel divitum spectantibus disponere liberè, & licite valerent, aut etiam ad id per eosdem Prædecessores Vicarij perpetui, vel ad tempus constituti forent. Decernens irritum, & inane, &c.

De dictis numerabilibus.

16 Item, ut in Apostolicis litteris committendi crimen falli per amplius tollatur occasio, voluit, & ordinavit, quod dictiones numerales, quæ in dictis litteris ante Nonas, Idus, & Kalen. immediatè poni consueverunt, per litteras, & syllabas extensè describantur, & illæ ex prædictis litteris, in quibus hujusmodi dictiones aliter scriptæ fuerint, ad Bullariam nullatenus mittantur.

De concurrentibus in data.

17 Item voluit, quod de concurrentibus in data ejusdem diei supervacantibus, seu certò modo vacaturis beneficijs illi, quibus gratia motu proprio conceduntur, cæteris simile modo gratias non habentibus: alias graduati non graduatis, aut inter graduatos, magis graduati, ac inter æqualiter graduatos prius graduati, necnon colorato titulo possessores non possessoribus, ac inter personas, alias in Curia præsentès absentibus ab ea, ac inter præsentès non beneficiati beneficiati,

& similiter inter absentes, cæteris paribus, oriendus non oriundo, & Dioecesanus non Dioecelano: In reliquis verò singuli, qui prius Apostolicas desuper litteras eorum executoribus præsentaverint alijs in ipsorum, de quibus agit contingit, Beneficiorum allocatione præferantur.

De non tollendo jus questum.

18 Item, ne per varias, quæ pro commisionibus, seu mandatis, & declarationibus habendis in causis plerumque sunt suggestiones, justitia postponatur. Idem D. N. decrevit, & declaravit suæ intentionis fore, quod deinceps per quantumcumque signaturam, seu concessionem, aut gratiam, vel litteras Apostolicas pro commisionibus, seu mandatis, aut declarationibus hujusmodi, etiam si motu proprio ex certa scientia, ac etiam ante motum litterarum à sanctitate sua emanaverint, vel de ejus mandato faciendas nulli sibi quæsitum quomodolibet tollatur.

Regula de viginti.

19 Item voluit, quod si quis in infirmitate constitutus resignaverit aliquod beneficium, sive simpliciter, sive ex causa permutationis, vel alias dimiserit, aut illius commendæ cesserit, seu ipsius beneficii unionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis, dum esset sanus signata, & postea infra viginti dies à die per ipsum resignantem præstanti consensu computandos, de ipsa infirmitate dècesserit, & ipsum beneficium quavis auctoritate conferatur per resignationem factam, collatio hujusmodi sit nulla, ipsumque Beneficium nihilominus per obitum censetur vacare.

De Idiomate.

20 Item voluit, quod si contingat, ipsum alicui personæ de Parochiali Ecclesia, vel quovis alio beneficio exercitium curæ animarum Parochianorum quomodolibet habente providere, nisi ipsa persona intelligat, & intelligibiliter loqui sciat Idioma, ubi Ecclesia, vel Beneficium hujusmodi consistit provisio, seu mandatum, & gratia desuper, quoad Parochialem Ecclesiam, vel beneficium hujusmodi nullus sint roboris, vel momenti.

De non impetrando beneficium per obitum vicentis m.

21 Item, si quis supplicaverit sibi de

beneficio quocumque, tanquam per obitum alicujus, licet tunc viventis, vacante provideri, & postea, per obitum ejus vacet provisio, & quavis dispositio dicto supplicanti per obitum hujusmodi, de novo faciendæ nullus sint roboris, vel momenti.

De unionibus, & unionum confirmatione.

22 Item voluit, quod petentes beneficia Ecclesiastica alijs uniri teneantur, exprimerè verum annum valorem secundum communem estimationem, tam beneficii unienidi, quam illius cui uniri petitur, aliquin unio non valeat, & semper in unionibus commissio fiat ad partes, vocatis quorum interest, & idem voluit observari in quibusvis supplicationibus, perpetuis concessionibus, dismembrationibus, & applicationibus etiam de quibuscumque fructibus, & bonis Ecclesiasticis, ac etiam in confirmationibus unionum singularumque dispositionum hujusmodi.

De Mendicantibus transferendis.

23 Item de Mendicantibus transferendis, qui ad alios ordines transferunt pro tempore, voluit constitutionem sel. rec. Martini Papæ V. Prædecessoris sui desuper factam, & in libro Cancellariæ Apostolicæ descriptam, qui incipit: *Viam ambigua cupiditatis*, &c. firmiter observari.

De male promotis.

24 Item, de Clericis extra tempora à jure statuta, sive ante ætatem legitimam, aut absque dimissionis litteris ad sacros ordines se promoveri, facientibus pro tempore, etiam voluit constitutionem pie mem. Pij II. similiter Prædecessoris sui desuper editam, & in d. Cancellariæ Apostolicæ libro descriptam, quæ incipit: *Cur ex sacrorum Ordinum*, &c. pari modo observari.

De Moneta.

25 Item declaravit idem D. N. quod libra Turonensium parvorum, & florenus auri de Camera pro æquali valore in concorrentibus litteras, & Cameram Apostolicam computari, & æstimari debeant.

De Beneficijs vacaturis per promotionem ad Ecclesias, & Monasteria.

26 Item prædictus D. N. Papa voluit,

decrevit, & ordinavit, quod quæcumque concessiones, gratiæ, & mandata, etiam motu proprio, & cum derogatione hujus constitutionis, quæ ab eo pro quibusvis beneficijs vacaturis per promotionem quoruncumque ad Ecclesiarum, & Monasteriorum Regimina, si hujusmodi concessiones, & mandata diem promotionis promoyendorum ipsorum præcesserint, necnon, quæcumque collationes, provisiones, & dispositiones pro tempore faciendæ de præmissis, & quibusvis alijs beneficijs Ecclesiasticis, Sæcularibus, & Regularibus, quæ per promovendos, vel assumendos ad quæcumque Prælaturas, inter illarum vacationis, & hujusmodi promissionis, vel assumptionis tempora simpliciter, vel ex causa permutationis ubicumque resignari, vel alias dimitti contigerint, cum inde secutis pro tempore sint cassæ, & irritæ nulliusque roboris, vel momenti.

De non judicando juxta formam supplicationum litterarum expeditarum.

27 Item, cum ante concessionem litterarum gratia Apostolica sit infirmis voluit, statuit, & ordinavit idem D. N. quod Judices in Romana Curia, & extra eam pro tempore existentès, etiam si sint S. R. E. Cardinales causarum Palatij Auditores, vel quicumque alij, non juxta supplicationum signaturam, super quibusvis impetrationibus (nisi in dicta Curia sumtaxat sint commisiones justitiam concernentes, per *Placet*, vel per S. R. E. Vice-Cancellarium, juxta facultatem super hoc sibi concessam signatam) sed juxta litterarum super eisdem impetrationibus, & concessionibus confectarum tenores, & formas judicare debeant. Decernens irritum, &c. Et si litteræ ipsæ per præoccupationem, vel alias minus bene expeditæ reperiantur, ad illorum, quorum interest instantiam ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per ejus Officiales, quibus hujusmodi tenores, & formas restringere convenit ad formas debitas reducendæ.

De Regulis Cancellariae producendis.

28 Item attendens D. N. Papa, quod super habendis de Cancellaria Apostolica Regulis, & Constitutionibus inibi descriptis faciliter per eos, qui in Romana Curia indigerint ad ipsam Cancellariam recursum dirigi potest, nec consilium foret, quod super earundem Regularum,

& Constitutionum (quæ juxta varietatem concurrentium cautarum, & negotiorum aliquoties immutari convenit) probando tenore, vel effectu, testium plerumque tenacem desuper memoriam non habentium depositionibus stari deberet, voluit, statuit, & ordinavit, quod deinceps qui liber ex Auditoribus Causarum Palatii Apostolici, & alijs (etiam si S. R. E. sint Cardinales) in ipsa Curia pro tempore deputatis Authoritate Apostolica Judicibus, etiam in causis actu pendentibus super hujusmodi tenore, vel effectu probando dumtaxat steter, fidemque adhibeat cedulæ, seu scripturæ desuper à duobus Majoris Præfidentię, quod danda sit à tergo signatæ, & etiam, à duobus alijs litterarum Apostolicarum Abbreviatoribus in ipsa Cancellaria auctoratæ, & Vice-Cancellarij, seu dictam Cancellariam Regentis manu subscriptæ, ut moris est. Quidquid autem secus fieri contigerit nullius sit roboris, vel momenti.

De subrogandis colligantibus.

29 Item D. N. cupiens litium succedere anfractus, & ne novi colligantibus adversarij dentur, providere, voluit, statuit, & ordinavit, quod quoties deinceps aliquem super quovis beneficio Ecclesiastico colligantem in jure, vel ad jus, si quod forsitan ejus adversario in dicto beneficio competierit, subrogari contigerit, (dummodo prædictus colligans in d. beneficio intrusus non fuerit, nec super eo contra dictum adversarium postquam illud per triennium pacifice possiderit, his tunc mota fuerit) aliorum quorumlibet de præmissis jure, sive tunc vacet, vel cum vacaverit, impetrationes, vel concessiones, etiam motu proprio infra mensem ante concessionem hujusmodi factæ nullius sint roboris, vel momenti. Et nihilominus cupiens eorum fraudibus obviare, qui viventium beneficia, illorum præsertim, quibus, aut propter senium, aut propter infirmitatem immineret vitæ periculum, impetrent, ut illis decemebus tanquam colligantes in eorum juribus facilius subrogetur, voluit, ut deinceps nullus in jure, vel ad jus in beneficio defuncti, quod illo vivente in casibus præmissis vel similibus impetraverit, aliquo modo subrogetur, ac subrogatio, vel gratia, si Neutri, si Nulli, seu novæ provisionis, aut peninde valere taliter impetranti nullatenus suffragetur. Quod etiam strictissime observari mandavit in impe-

trationibus beneficiorum per privationem, & amotionem, & quibuslibet criminibus, & excelsibus forsitan perpetratis, etiam usque ad definitivam sententiam, quæ tamen in rem non transierit judicatam, processum foret.

De Verisimili notitia.

30 Item voluit, & ordinavit, quod omnes gratiæ, quas de quibusvis beneficijs Ecclesiasticis cum cura, vel sine cura, Sæcularibus, vel Regularibus, per obitum quarumcumque perionarum vacantibus in antea fecerit, nullius roboris, vel momenti sint, nisi post obitum, & ante datam gratiarum hujusmodi tantum tempus effuixerit, quod interim vacationes ipsæ de locis, in quibus persone prædictæ decesserint ad notitiam ejusdem D. N. verisimiliter potuerint pervenisse.

Non valeant commissioes causarum, nisi litteris expeditis.

31 Item, quod omnes, & singulæ commissiones cautarum, quas in antea fieri contigerit, obtentæ, vel occasione concessionum dumtaxat Apostolicarum de beneficijs Ecclesiasticis gratiarum, super quibus litteræ Apostolicæ confectæ non fuerint, ac processus desuper habendi nullius sint roboris, vel momenti.

De impetrantibus Beneficia per obitum familiarium Cardinalium.

32 Item voluit, quod impetrans Beneficium vacans per obitum familiaris cujus Cardinalis teneatur exprimere nomen, & titulum ipsius, Cardinalis, & si ille in Curia fuerit, ejus ad id accedat assensus, alias desuper gratia sit nulla. Et idem servari voluit, si Cardinales, quomodolibet ab ipsa Curia absentes, & ubilibet, etiam in locis infra duas dietas vicinis degentes, familiamque, & lares in eadem Curia retinentes, ab ipsa Curia recesserint, ad eandem illi eo reverfuri, & infra decem, vel ad summum quincecim dies vere, & personaliter reverfuri fuerint, ita quod Cardinalibus, alias quam ut præfertur ex quacumque sua quantumlibet necessaria, ac qualibet alia hic necessario exprimentia, absentibus, facultas præstandi consensum hujusmodi non competat, sed beneficia hujusmodi ad liberam Sanctitatis suæ, & Sedis Apostolicæ provisionem, & dispositionem pertineant.

Declarans, Regulas, & Constitutiones suorum Prædecessorum, etiam à die earum editionis, & publicationis super assensu hujusmodi præstando, sic intellectas, & intelligendas fuisse, irritumque, &c. attentari decernens. Quodque si prædicti familiares eorundem Cardinalium familiares esse defierint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatem similem transierint, quod beneficia, quæ familiaritate priori durante obtinuerint, & in quibus, vel ad quæ priori ipsa familiaritate durante, jus eis competierit, Cardinales, quorum prius familiares fuerint, suum habeant adhibere consensum. Declarans, præsentem Constitutionem locum non habere in illis beneficijs, quæ familiares ipsi tempore obitus eorum in dicta Curia, vel extra eam obtinuerint, aut antea obtinuisent, & ratione officiorum per eos obtentorum dictæ dispositioni generaliter referata, vel affecta fuisse apparet. Necnon illos quoad effectum dictæ Constitutionis familiares eorundem Cardinalium censer, qui ipsorum Cardinalium familiares continui commensales ad minus per quatuor menses, etiam ante Cardinalatum fuisse probarentur. Decernens irritum, &c.

Super eadem Familiaritate.

33 Item idem D. N. ad evitandas lites, & contentiones, quæ ex præcedenti sua Constitutione exortiri possent, vestigijs Prædecessorum suorum inherendo, voluit, statuit, & ordinavit, quod si beneficia, quæ per obitum familiarium, continuorum Commensalium eorundem Cardinalium in futurum vacabunt cessantibus Apostolicis reservationibus ad alterius Cardinalis Collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, in dicta præcedenti Constitutione non comprehendantur, quoad hoc, & ordinavit, quod si beneficia, quæ per obitum familiarium, continuorum Commensalium eorundem Cardinalium in futurum vacabunt cessantibus Apostolicis reservationibus ad alterius Cardinalis Collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, in dicta præcedenti Constitutione non comprehendantur, quoad hoc, ut in provisionibus talium beneficiorum super expeditione litterarum illius Cardinalis, cujus familiaris defunctus ille extitit consensus requiri debeat, sed beneficia hujusmodi ad collationem, seu quamvis dispositionem Cardinalis, Ordinarij collatoris, ut præfertur, libere spectare censeantur. Et si apud Sedem Apostolicam beneficia hujusmodi per obitum dictorum familiarium vacaverit, tunc in provisione talium beneficiorum super expeditione litterarum, illius Cardinalis exigatur consensus, si in Romana Curia præfens fuerit, ad quem eorum collatio, & dispositio, ut præfer-

tur, pertinere deberet, ita ut Cardinalis Ordinarius collator in concursu cum Cardinali Patrono semper præferri debeat.

Signaturæ per, Fiat, præferatur alteri per concessum.

34 Item voluit D. N. quod concurrentibus eadem die super quocumque beneficio, per, Fiat, & Concessum, signaturis ex eis per, Fiat, etiam, ut petitur habens alteri per concessum, etiam motu proprio habenti præferatur, etiam in illa per concessum præstantiores, & quantumlibet privilegiatæ essent clausule.

De Annali possessore.

35 Item S. D. N. ut improbi lites exquirentium motus reprimantur, voluit, statuit, & ordinavit, quod quicumque Beneficium Ecclesiasticum, tunc per annum immediate præcedentem pacifice possessum, & quod certo modo vacare prætenditur, deinceps impetraverit nomen, gradum, & nobilitatem possessoris ejusdem, & quot annis ipse illud possederit, ac specificam, & determinatam, ex quaclare poterit constare, quod nullum ipsi possessori in dicto Beneficio jus competat causam hujusmodi impetrationis exprimere, & infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium evocari facere, causamque ex tunc desuper infra annum usque ad sententiam definitivam inclusive prosequi debeat, & teneatur. Alioquin impetratio prædicta, & quacumque inde sequuta nullius erunt firmitatis. Et idem impetrans de damnis, & interesse possessorem præfatum, propterea contingentibus ei latis facere, & si possessorem ipsum injuste, & indebitè molestare reperiatur extiterit, quinquaginta florenis aditu perolvere Camere Apostolicæ sit adstrictus. Nec alius, quam præmissæ vacationis modus, etiam per litteras, si neutris, aut subrogationis, aut alias sibi quoad hoc, ut beneficium hujusmodi ea vice consequi, aut obtinere valeat quomodolibet suffragetur, illudque nullatenus in antea litigiosum propterea censeatur. Quod etiam extendi voluit ad impetrantes Beneficia Ecclesiastica cujuscumque qualitaris per privationem, & amotionem, vel alias propter commissa, excelsus, & crimina, vacantia, vel vacatura. Et similiter ad impetrantes beneficia tanquam vacantia per devolutionem.

De Triennali.

36 Item statuit, & ordinavit idem D.N. quod si quis quacumque Beneficia Ecclesiastica, qualiacumque sint absque simonia, & ingressu ex quovis titulo, Apostolica, vel ordinaria collatione, aut electione, & electionis hujusmodi confirmatione, seu presentatione, & institutione illorum ad quos beneficiorum hujusmodi collatio, provisio, electio, & presentatio, seu quævis alia dispositio pertinet, per triennium pacificè possederit (dummodo in beneficij, hujusmodi, si dispositioni Apostolica ex reservatione generali in corpore juris clausa, reservata fuerint, se non intruserint) super eisdem beneficijs taliter possessis molestari nequeat, necnon impetrationes quaslibet de beneficijs ipsis, sic possessis factas, irritas, & inanes censeri debere decrevit, antiquas lites super illis motas penitus extinguendo.

De non appellando ante sententiam diffinitivam.

37 Item idem D.N. ut finis litibus celerius imponatur, & litigantium parcat sumptibus, & pensis, suorum Prædecessorum Constitutionibus, & statutis inherendo, statuit, & ordinavit, quod in causis pendentibus, & quas in posterum contigerit agitari, nulli ante definitivam sententiam liceat appellare, nec appellatio, si fuerit emissa, debeat admitti, nisi ab interlocutoria, quæ vim habeat diffinitivæ, vel à gravamine minimè concernente negotium principale, quod non possit per appellationem à diffinitiva sententia reparari Nullaque cause appellationum committantur, nisi in commissione exprimat, quod interlocutoria vim diffinitivæ habeat, vel gravamen sit tale, quod in appellatione à diffinitiva non valeat reparari. Alioquin appellationes, & commissiones in posterum, & quidquid inde sequutum fuerit, nullius sint roboris, vel momenti, commissionibus appellationum jam Judicibus presentatis, & exhibitis in suo robore permanentibus, in quibus lites super eisdem sententijs secundo, vel ulterius ab eis non liceat appellare, Appellantes verò, & appellationes etiam ab interlocutorijs, & gravaminibus hujusmodi, suo, vel alterius nomine prosequentes, si succubuerint ultra expensas, & damna, ad quæ reficienda de jure condemnatus compellitur, viginti florenorum auri poena vincatur.

Non stetur commissioni post conclusionem.

38 Item statuit, & ordinavit, quod in commissionibus de iustitia, seu mandatis etiam consistorialibus per eum, seu de ejus mandato, vel auctoritate in causis, in quibus conclusum existat in posterum procedendis, etiam in eis de conclusione hujusmodi implicite, vel explicitè mentio facta fuerit, nihil censetur esse concessum, nisi per concessionem commissionis hujusmodi derogetur expressè.

De Litteris Religiosorum expediendis.

39 Item voluit, & ordinavit, quod si aliqui Religiosi petunt aliquod beneficium ad nutum amobile cum clausula, quod exinde pro solo nutu Abbatis, vel Superioris amoveri non possint, litteræ quoad ipsam clausulam nullatenus expediantur, nisi idem D.N. ponat in signatura, quod non possit amoveri, vel ad partem clausulam ipsam concedat.

De Clausula ponenda in litteris permutationum Beneficiorum.

40 Item, si committatur alicui beneficio resignationis receptio, ponatur clausula: *Attento quoque provideas, &c.* Et si ex causa permutationis resignationes fiant, ponatur clausula: *Quod neuter permutationum jus acquirat, nisi quilibet ipsorum jus habuerit in beneficio per ipsum resignato,*

De supplendis defectibus.

41 Voluit, quod si petatur, suppleri defectus in genere nullatenus litteræ desuper concedantur, nisi in petitione desuper hujusmodi defectu exprimat, vel per fiat, ut petitur, supplicatio signata fuerit.

De Derogatione juris patronatus.

42 Item voluit, quod super quovis Beneficio Ecclesiastico de jure patronatus Laicorum non expediantur litteræ, nisi ponatur expressè, quod tale beneficium tanto tempore vacavit, quod ejus collatio ad Sedem Apostolicam legitime est devoluta, vel quia tempus Patronis Laici ad præstandum à jure præfixum lapsum existat, aut ad id Patronorum ipsorum accedat assensus. Et si per ipsum juri patronatus hujusmodi derogari contigerit juris patro-

natus hujusmodi mentio dispositivè, ac specificè, & determinatè non autem conditionalitè fiat, si illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat, & de hoc in litteris provisionis, vel mandato de providendo de dicto beneficio similis mentio facta non fuerit, non censetur quomodolibet derogatum.

De Commendis.

43 Item voluit, quod nulli Sæculari de Regulari, nec Religioso de Sæculari beneficijs commenda detur, nisi insignaturæ per clausulam ad partem super petitione commende hujusmodi de commenda ipsa mentio fiat.

De Reformationibus.

44 Item voluit statuit, & ordinavit, quod super quibuscumque Reformationibus signatis, super impetrationibus quorumcumque beneficiorum vacantium, vel certo modo vacaturorum, in quibus petitur, quod litteræ super prima data expediri possint, si ex hujusmodi expeditione sub tali data cuicumque videatur posse fieri præjudicium, litteræ hujusmodi sub ipsa prima data nullatenus expediantur, nisi reformationes hujusmodi per fiat, sub prima data signata fuerint.

De Consensu in Resignationibus, & Pensionibus.

45 Item voluit, & ordinavit, quod super resignatione cujuscumque Beneficij Ecclesiastici, seu cessione juris in eo, quam in manibus suis, vel in Cancellaria Apostolica fieri contigerit, Apostolicæ litteræ nullatenus expediantur, nisi resignans, vel cedens, si præsens in Romana Curia fuerit, personalitè, alioquin per Procuratorem suum, ad hoc ab eo specialitè constitutum, expeditioni hujusmodi in eadem Cancellaria expressè consenserit, & juraverit, ut moris est. Et si ipsum resignantem, seu cedentem pluries, super uno, & eodem beneficio in favorem diversarum personarum successivè consentire contigerit, voluit sanctitas sua, quod primus consensus tenere debeat, & alij posteriores consensus, ac litteræ, eorum prætextu, etiam sub priori data expediat pro tempore nullius sint roboris, vel momenti: nec litteræ reservationis, vel assignationis, etiam motu proprio cujusvis peti-

tionis annuæ, super alicujus beneficij fructibus expediri possint, nisi de consensu illius, qui pensionem perolvere tunc debet.

De ingressu Religionis.

46 Item non dentur litteræ super Beneficij vacaturis per ingressum Religionis, nisi illi præcesserit datam desuper petitionis.

Non valeat impetratio facta per modum in Cancellaria exprimentum.

47 Item voluit, quod si petatur aliquod beneficium vacans per modum in Cancellaria Apostolica exprimentum, talis impetratio non valeat, nec litteræ desuper expediantur.

De executione facienda.

48 Item voluit, statuit, & ordinavit, quod quotiescumque per signaturam suam, vel de ejus mandato factam, super exequendis aliquibus, cum adjectione proprii nominis, vel Dignitatis cujusvis, Judex datur, litteræ desuper expediantur, cum expressione, quod idem Judex executionem faciat per se ipsum.

De Dispensationibus in gradibus consanguinitatis.

49 Voluit, quod in litteris dispensationum super aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, aut alias prohibito, ponatur clausula: *Si mulier rapta non fuerit.* Et si scienter ponatur clausula addita in quaterno.

Super defectu natalium.

50 Voluit quod in dispensationibus super defectu natalium, quod possint succedere in bonis temporalibus, ponatur clausula: *Quod non prajudicetur illis, ad quos successio bonorum ab intestato pertinerere debeat.*

Super dispensationibus.

51 Item, quod per quamcumque signaturam in quavis gratia nullatenus dispensatio veniat, nisi dicta gratia totalitè effectum hujusmodi dispensationis concernat, vel alias nihil conferat, aut operetur.

Nulli suffragetur dispensatio nisi litteris confectis.

52 Item cum concessiones super gratijs dispensationum, quarumcumque quibusvis per ipsum D. N. concessarum, vel concedendarum per Regulas Cancellariæ Apostolicæ sint provide limitatæ, licet aliquando in petitionibus super huiusmodi concessionibus oblati multa sint petita, nequid talium concessionum prætextu id dispensativè tenere, aut facere præsumat, ad quod concessiones huiusmodi se non extendant voluit idem D. N. quod nulla talis dispensatio cuiquam in iudicio, vel extra suffragetur, antequam super ea litteræ Apostolicæ sint confectæ.

De Clausulis ponendis in litteris Indulgentiarum.

53 Item voluit, quod in litteris Indulgentiarum ponatur, quod si Ecclesiæ, vel Capellæ, vel aliæ aliqua Indulgentia fuerit per ipsum concessa, de qua inibi specialis mentio facta non sit, huiusmodi litteræ sint nullæ.

De Indulgentijs concessis ad instar.

54 Item voluit idem D. N. quod litteræ super Indulgentijs non expediantur ad instar, nisi specificentur.

De exprimendo valore Beneficiorum in impetrationibus.

55 Item voluit, quod in gratijs, quas quibusvis personis de beneficijs vacantibus, seu certo modo vacaturis fieri contigerit, illorum, & aliorum quorumcumque beneficiorum, quæ dictæ personæ tunc obtinuerit, seu de quibus eis fuerit provistum, vel concessum, aut mandatum provideri, verus annuus valor per marchas argentii, aut sterlingorum, vel libras Turonenf. parvorum, seu florenos, aut ducatus, vel uncias auri, seu aliam monetam, secundum communem estimationem exprimat, nisi personæ prædictæ, beneficia, quæ tunc obtinuerint, aut in quibus, vel ad quæ jus eis competit juxta ipsarum obligationes, aut alias dimittere teneantur. Alioquin gratiæ prædictæ sint nullæ. Et idem servetur in gratijs, quas à sanctitate sua motu proprio emanare contigerit, quoad beneficia tamen, de quibus per sanctitatem suam pro tempore providetur, seu

provideri mandatur, aut alias disponitur, ac litteris, per quas pro tempore ad Ecclesiarum Patriarchalium, & Cathedralium, ac Monasteriorum regimina promotis conceditur; ut Monasteria, & alia Beneficia Ecclesiastica secularia, & regularia per eos obtenta, & in quibus, & ad quæ jus eis competit, retinere possint.

De Clausulis in Beneficijs vacantibus ponendis.

56 Voluit, & ordinavit, quod quando providet, seu mandat provideri alicui de Beneficio Ecclesiastico vacante, tunc dari poterunt clausulæ si petantur, etiamsi illud quovis modo, &c. seu per constitutionem EXECRABILIS vacet, & specialiter reservatum inter aliquos litigiosum sit, & ejus collatio devoluta fuerit, & si pro colligante, vel subrogationem, aut si neutri, vel si nulli, &c. petente, si tunc lis specificè exprimat. Nec detur aliqua generalis reservatio dispositivè, nisi desuper in concessione specialis, & expressa, ac purè, & non sub conditione mentio fiat, & tunc reliquæ reservationes ibi contentæ veniant. Si verò tempore expeditionis inde litterarum generalis reservatio huiusmodi probari non possit, aut in novis provisionibus, seu pro colligantibus, si neutri, vel si nulli, &c. sit expressum, quod ab aliquibus asseritur, illum, cujus beneficium conceditur Collectorem, vel unicum Subcollectorem, Abbreviatorem, vel Familiarem, Notarium, aut dictæ Sedis Officialem fuisse clausula ponatur, etiamsi dictum Beneficium, ex eo quod talis Collector, vel unicus Subcollector, Abbreviator, vel Familiaris, Notarius, aut dictæ Sedis Officialis fuit dispositioni Apostolicæ generaliter reservatum existat, dummodo non sit in eo alicui specialiter jus questum. In reliquis verò nulla clausula detur, unde reservatio generalis elici possit, nisi desuper signatura per duplex, fiat, signata sit, aut reservatio, vel alias specialiter habeatur.

De expressione qualitatum Beneficiorum in impetrationibus.

57 Item voluit, quod super beneficijs Ecclesiasticis de qualitibus illorum vide licet. An Dignitates, personatus, vel officia sint, eisque imminet cura animarum, & ad illa consueverint, qui per electionem assumi, mentio fiat; alias gratiæ desuper factæ sint nullæ. Et si qualitates huiusmodi affirmativè, vel conditionaliter non ex-

pri-

primantur, negativa expressè desuper fiat in beneficijs, quæ tales qualitates, vel ex eis aliquas conlueverint habere.

De Beneficijs vacantibus per contractum matrimonij.

58 Item, si reservetur beneficium per contractum matrimonij, non detur alij modi vacationem de futuro, nec censetur beneficium reservatum specialiter, vel affectum, nisi sequatur matrimonium; sed in beneficijs per promotionem, aut ingressum Religionis, vel affectuionem vacaturis ponatur clausula etiamsi non petatur. Cum beneficia huiusmodi præmissa, vel alias quovis modo, &c. Præterquam per obitum obtinentis vacare contigerit etiamsi vacent.

De Clausulis ponendis in litteris Religiosorum, &c.

59 Item voluit, quod si petatur, aliquem in Religionem recipi, & sibi de quovis beneficio Ecclesiastico provideri per simplicem signaturam fiat. Receptio huiusmodi dumtaxat detur abjecto si petens idoneus sit, aut aliud Cononicum non obstat, & exprimat, si certus numerus Regularium sit ibidem, cui etiam non derogetur, nisi expressè concedatur, & si numerus iste non existat ponatur. Dummodo receptionis locus huiusmodi nimium propterea non gravetur. Possintque Executores provisionis huiusmodi ad receptionem emulsionis professionis, non expectato probationis anno providere.

De translatione Religiosorum.

60 Item si Regularis petat, sibi de beneficio ab aliquo Monasterio, vel alio Regulari loco dependente provideri, & appareat ex petitione huiusmodi, quod alterius Monasterij, vel loci Religionis sit, licet ibi translatio non petatur, nihilominus illa veniat.

De Clausula, si est ita.

61 Item quod in litteris super beneficijs per Constitutionem Execrabilis vacantibus ponatur Clausula Si est ita. Similiter de quibuscumque narratis informationem facti requirentibus.

Petenti provideri de vacaturo dentur litteræ de vacanti.

62 Item petenti sibi provideri de va-

Tom. I.

caturo dentur litteræ de vacanti, prout expedierit impetranti.

Revocatio Decimarum, & aliarum impositionum.

63 Item revocavit quascumque Decimarum, necnon subsidiarum vigesima, & aliorum onerum impositiones, quæ ex quavis causa, etiam in subsidium expeditionis contra Turcas, & Orthodoxæ Fidei hostes emanarunt, & quascumque facultates super decimarum vigesima, & onerum huiusmodi exactione, quibusvis fructum, & proventum Cameræ Apostolicæ debitorum Collectoribus, & Apostolicæ Sedis Nuncijs ab eisdem Prædecessoribus concessas. Suspendit quoque ad suæ sanctitatis, & Sedis Apostolicæ beneficium quascumque plenarias Indulgentias ab eisdem Prædecessoribus, ex quavis causa, etiam expeditionis huiusmodi concessas, si quæ per Nuncios, vel quætores deserebantur, necnon deputandi, & eligendi Confessores, qui plenariè absolvant, & alia faciant ad eandem Indulgentiarum suspensionum effectum, reliquasque facultates, ipsas Indulgentias, quomodolibet concernentes præterquam quoad ea, in quibus Indulgentiæ, & facultates in aliqua sui parte sint sortite effectum. Ita ut illis, qui implentes in iudicio in litteris Indulgentiarum huiusmodi jam consecuti sunt facultatem eligendi Confessores, qui absolvat eos plenariè in mortis articulo, per huiusmodi suspensionem non præjudicetur, quin facultate ipsa usi possint in futurum: Decretis quoque irritum, & inane quidquid facultatum revocationum earundem prætextu in posterum contigerit attentari.

Revocatio facultatum percipiendi pretium officiorum.

64 Item revocavit, cassavit, & annullavit, ac irritas declaravit quascumque facultates percipiendi pretium officiorum Romanæ Curie pro tempore vacantium in toto, vel in parte, & quavis concessiones, & collationes, aliasque dispositiones per sel. rec. Urbanum VIII. Prædecessorum suum de dictis officijs, etiam ex die collationum, concessionum, & dispositionum earundem in antea vacaturis in favorem quarumcumque personarum, Ecclesiarum, Monasteriorum, Piorum Locorum, Collegiorum, seu eorum Mensarum, etiam perpetuo, etiam in vim con-

Kkk 2

trac

tractus & ex titulo oneroso, & sub alia quavis verborum forma, quam & praemiorum tenores pro expressis haberi voluit, concessas, & factas; quoad officia, quae post obitum ipsius Praedecessoris vacarunt, & in posterum quomodolibet vacabunt.

Item revocavit quoque, cassavit, & annullavit, ac irritas declaravit quascumque infeudationes, investituras, gratias, concessiones quoquomodo, etiam in emphyteusim, ad tempus, seu in perpetuum, etiam motu proprio, & de plenitudine potestatis, ac cum quibusvis derogationibus derogatorijs (extra tamen consistorium, & sine S. R. E. Cardinalium consilio, & consensu) a die Constitutionis *fil. nec. Pij Papae V.* Praedecessoris sui super prohibitione alienandi, & infeudandi Civitates, & loca S. R. E. sub datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, quarto Kalen. Aprilis, Pontificatus sui anno secundo, usque in praesentem diem, per quoscumque Romanos Pontifices, suos Praedecessores, aut mandato, vel autoritate eorum, quomodocumque, ac qualitercumque, & quavis colore factas, & concessas de Civitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Arcibus, & locis S. R. E. Et Sanctae Sedis Apostolicae, & tam mediate, quam immediate subiectis, tunc videlicet de tempore dictarum infeudationum, investiturarum, gratiarum, & concessionum nondum devolutis, necnon quascumque prorogationes, & executiones quarumcumque infeudationum, investiturarum, gratiarum, & concessionum de dictis Civitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Arcibus, & locis, tunc videlicet de tempore dictarum prorogationum, & extensionum, nondum finitarum, quibusvis personis cujuscumque gradus, status, & conditionis, & praeminentiae, etiam Imperiali, Regali, Ducali, aut alia quavis praesulgeant dignitate, etiam in vim contractus, & ex quocumque titulo, etiam oneroso, & per quascumque, tam sub plumbio, quam in forma Brevis sub annulo Piscatoris, aut etiam alias quomodocumque, & qualitercumque expeditas litteras, ac sub quavis verborum forma, quam, & promissionum omnium tenores sanctitas sua pro expresso haberi voluit, latissime extendendos.

Quod fructus in tertia parte augeri possint vigore clausulae.

65. Item cum nonnulli in imperatio-

nibus Beneficiorum Ecclesiasticorum pro tempore vacantium, & certo modo vacaturorum asserendo illorum fructus, &c. Certum per eos expressum annum valorem non excedere, nonnumquam obtineant à sanctitate sua, ut hujusmodi valorem annum augere possint, ut verius possit in consecratione litterarum super hujusmodi impetrationibus summa, aut valor annus exprimi, aliter desuper non specificato, ne de veritate hujusmodi concessionis imposterum habitari contingat declaravit, praetextu concessionis hujusmodi, valorem ipsum usque ad tertiam partem valoris expressi, & in prima, quae desuper fiet litterarum expeditione duntaxat augeri posse, & eas, quas litteris jam expeditis cum expressione valoris specificati, aut non integro augmento praedicto, denuo desuper expediri contigerit litteras cum aliquo augmento valoris hujusmodi nullius esse roboris, vel momenti, etiam motu proprio beneficiales gratias, & dispositiones quaecumque à sanctitate sua emanarint.

De inforodescentibus.

66. Item, ne personis, pro quibus litterae suae sanctitatis emanabunt, ob generalem absolutionem à censuris Ecclesiasticis, quibus ligati forent ad eorum effectum indifferenter concedi, & in litteris Apostolicis apponi solita praeter occasio censuras ipsas vilipendendi, & inforodescendi in illis, statuit, & ordinavit hujusmodi absolutionem, & clausulam in litteris, quas in futurum cum illa concedi contingeret, non suffragari non parentibus rei iudicatae, incendiarijs, violatoribus Ecclesiarum, falsificatoribus, & falsificari procurantibus litteras, & supplicationes Apostolicas, & illis utentibus, receptatoribus, & fautoribus eorum, ac res veritas ad infideles deferentibus, violatoribus Ecclesiasticae libertatis via facti, ausu temerario, Apostolicis mandatis non obtemperantibus, & Nuncios, vel Executores Apostolicae Sedis, & ejus officialium, ejus commissa exequentes impediuntibus, qui propter praemissa, vel aliquid eorum excommunicati à jure, vel ab homine per quatuor menses scienter excommunicationis sententiam hujusmodi sustulerint, & generaliter quibuscumque alijs, qui censuris aliquibus, etiam alijs, quam ut praefertur, quomodolibet ligati, in illis per annum continuum inforodescunt.

Officiales nihil exigant ultra debitum.

67. Item idem D. N. exactionibus, quas sanctitas sua non sine displicentia plerumque fieri intellexit per Officiales Romanae Curiae, qui constituti sibi emolumentis pro exercitio officiorum, quae obtinent, non contenti, ultra à prosequentibus negotiorum quorundam expeditione in eadem exigere non verentur, obviate volens, districte praecipiendo inhibuit omnibus, & singulis, quavis officia in eadem Curia obtinentibus, ne de cetero quidquam praetextu officiorum, quae obtinent, quovis colore etiam celerioris expeditionis, ultra emolumenta hujusmodi exigere, seu ad hunc effectum expeditionem eorum, quae eis incumbunt malitiose differre sub excommunicationis, & praeter illam suspensionem à perceptione emolumentorum hujusmodi, pro prima ad semetipsum, & pro secunda ad annum, & pro tertia vicibus, quibus sic excederent, privationis officiorum per eos obtentorum, in quibus sic excesserint poenis: Ac voluit, quod Sanctae Romanae Ecclesiae Vice-Cancellarius, & Camerarius excedentes ipsas respective, prout eis sub sunt per substitutionem emolumentorum eorundem, ac alias, ut praefertur, compellant ab hujusmodi illicitis exactionibus abstinere, ac contra eos per praedictas poenas, & alias prout melius expedire viderint, procedant.

Reservatio beneficiorum vacantium, Sede Apostolica vacante.

68. Item Sanctissimus D. N. provide considerans, consuevit quandoque Romanos Pontifices Praedecessores suos beneficia, quae vacante Sede Apostolica vacare contingerant, dispositioni suae reservare, intendens de beneficijs hujusmodi tam Conclavisticis, quam pauperibus Clericis, & alijs benemeritis personis providere, omnia, & singula beneficia per regulas Cancellariae Apostolicae, aut quasilibet alias Apostolicas Constitutiones temporales R. Pontificis pro tempore existentis dispositioni quomodolibet, & ex quavis causa reservari solita, quae à die obitus fel. record. Urbani VIII. Praedecessoris sui usque ad diem supradictam XV. Septembris vacaverunt, & de quibus per quoscumque Ordinarios Collatores, tunc dispositum non fuerat, suae dispositioni reservavit, decernens irritum, &c.

Revocatio indulgentiarum superoventia.

69. Item, quia ad importunam quonullorum suggestionem, quandoque contingit, Praedecessores suos Romanos Pontifices pro tempore existentes sub contractum debitorum, vel diversis alijs praetextibus concessisse, & indulgisse beneficiatus, ut fructus suorum beneficiorum, aut partem eorum anticipatis solutionibus ad tempus elocare, vel erga creditores, aut quascumque alias personas obligare, vel hypothecare, insolutum dare, aut alias quomodolibet de eis disponere liceret etiam tempore minime restrictum ad vitam supplicantium cum gravi succellorum praedictorum, & Ecclesiarum detrimento. Ideo indeminatim Beneficiorum, & succellorum in beneficijs hujusmodi salubriter consulere volens revocavit, cassavit, & annullavit omnia, & singula indulta, & facultates in ea parte, quae necdum vere, & realiter suam sortita sunt effectum per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores suos facientes ad favorem quarumcumque personarum concessas, quibus eis, vel eorum singulis nullo modo, & ex quavis causa, vel praetextu permittitur fructus certos, vel incertos, jura, obventiones, & emolumenta quaecumque quomodolibet beneficiorum per eos obtentorum anticipatis solutionibus ultra unicum annum elocare, arrendare, ad firmam, vel responsionem concedere, vel eos ad favorem quarumcumque personarum quomodolibet obligare, vel hypothecare, insolutum dare, aut de eis quomodolibet, & ex quavis causa disponere pro tempore ad vitam beneficiorum, & tempus, quo beneficia hujusmodi obtinuerint minime restrictis, & contracto illorum tenores, &c. Decernens irritum, &c.

Quod Cardinales non comprehendantur sub regulis faciendis.

70. Item, cum S. R. E. Cardinalis ipse Sanctissimo Domino nostro assintat, ac propterea debeant specialibus praerogativis, & privilegijs gaudere, idem D. N. statuit, ordinavit, decrevit, & declaravit, quod in quibuscumque constitutionibus, & Regulis per sanctitatem suam in posterum post hanc primam editionem, & iurarum Constitutionum, & Regularum publicationem faciendis non includantur ipsi Cardinales, nisi illae eorumdem Cardina-

dinalium favorem concernant, vel ipsa Constitutiones, edenda: de eorumdem Cardinalium, vel majoris partis eorum Consilio edita fuerint.

De potestate Reverendiss. D. Vice-Cancellarii, & Cancellariam Regentis.

71. Primò, quòd possit committere abolitionem illorum, qui ignoranter in supplicationibus, vel in litteris Apostolicis aliquid scriberent, corrigerent, vel delectent.

Item, quòd possit corrigere nomina, & cognomina perlonarum, non tamen eorum, quibus gratia, & concessiones fiunt, ac beneficiorum, dum tamen de corpore consistit.

Item, quòd possit omnes causas Beneficiales, etiam non devolutas committere in Curia cum potestate citandi ad partes.

Item, quòd processus Apostolica auctoritate decretos aggravare possit cum in vocatione brachij Sæcularis, & sententias executionis demandari facere contra intrusos, & intrudendos per litteras Apostolicas desuper coficiendas, & non alias.

Item, quòd possit signare supplicationes manibus duorum Referendariorum signatas de beneficijs Ecclesiasticis Sæcularibus, & Regularibus dispositioni Apostolicæ generaliter non-reservatis, quorum cujuslibet valor centum florenorum auri de Camera, vel totidem librarum Turonensium, seu totidem in alia moneta secundum communem æstimationem valorem annuum non excedet.

Item, quòd possit signare supplicationes, etiam duorum Referendariorum manibus signatas de novis provisionibus si neutri, & subrogationibus pro colligantibus, in quibus non detur clausula generalem reservationem importans.

Item, quòd possit ad Ordines suscipiendos arctatis, prorogare terminos de dictis suscipiendis ordinibus usque ad proxima, tunc à jure statuta tempora, in quibus sic arctati succelsivè ad ipsos Ordines promoveantur.

Placet, publicentur, & describantur. I.

Lata, & publicata fuerunt supra scripta: Regule, Ordinationes, & Constitutiones in Cancellaria Apostolica ab uno ex R.R. PP. DD. Majoris Præfidentie Abbreviatoribus, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto, die verò sexta mensis Octo-

bris, Pontificatus prælibati Sanctissimi D. nostri Anno primò.

Petrus Gemilis Procustos.

83. Præterea, quando Rom. Pontifex confert beneficia, debet solvi Sedi Apostolicæ certum jus, quòd media annata dicitur, & est dimidia pars fructuum primæ anni, quamvis olim integri proventus anni solverentur, & Annata dicebatur, quòd quidem jus licite petitur, & solvitur: quia hoc fit partim ad sustentationem Papæ, & Cardinalium, partim in recognitionem universalis domini, quo Ecclesia Romana gaudet super omnes Orbis Ecclesias, Et hac ratione talis juris petitio, & solutio est à Simonia labe immunis. Hæc quidem annata non solvitur, si beneficium non excedat 24. ducatos auri de Camera, & ideo non solvitur de pluribus beneficijs Hispaniæ, aliorumque Regnorum, quia non taxantur ultra 24. ducatos. In varijs Hispaniæ locis solvitur media annata, scilicet in Ecclesijs Conchenli, Abulensi, Seguntina, & alijs. In Diocesi Toletana media annata solvitur Capitulo Complutensi, & Ecclesiæ Toletanæ Rationarijs, ut habet Torrecilla. Deinde ex beneficijs unitis alicui communitati, vel loco pio solvitur: *Quindenna*, seu *Quindennium*: id est, singulis quindecim annis solvitur media pars fructuum talium beneficiorum: quia cum non vacent; loco annatæ solvitur quindenna, ac proinde, qui non tenentur ad annatam, nec ad quindennam tenentur. De Annatis agitur in *Extr. fin. de Elect. Joan. XXII. & integro Tit. de Annatis in lib. 7. Decretal. Lacr. lib. 4. ex n. 674.* Ad Sedis Apostolicæ exemplum nostri Reges in officiorum Sæcularium distributione exigebant olim certum jus, quòd Hispanè dicitur: *Mesada*. Et est pars redituum, quæ uni mensi respondet, & æstimatio fiebat, prout communiter tale officium in quinquennio antecedenti produxerat. Hoc tamen jus nunc solum existitur (ex Concef. Urban. VIII.) quando nostri Reges presentant ad beneficia Ecclesiastica, Dignitates, Præbendas, Portiones, vel beneficia curata. *L. 1. tit. 17. lib. 1. R. Ind. ibi: Aviendo suplicado à nuestro muy Santo Padre Urbano Octavo, que tuviesse por bien de conceder Breve, para que se pudiesen cobrar para Nos, por las causas, y razones en el contenidas, los derechos de mesadas de todas las Dignidades, Canonias, Raciones, y medias Raciones, Ofi-*

*cios, y Beneficios Ecclesiasticos, Curatos, y Doctrinas, que huvieren vacado, y vacaren en nuestras Indias Occidentales siempre que Nos presentaremos de nuevo personas para ellas, à nuestros Virreyes, y Governadores, en execucion de las Leyes de nuestro Patronazgo Real, su Santidad lo tuvo así por bien, y mandò expedir en la dicha razon Breve, con calidad, que la cobranza no se haga hasta que sean passados quatro meses despues de aver tomado la posesion de la Dignidad, ò Prebenda, Oficio, Beneficio, Curato, ò Doctrina, la persona que fuere presentada à ella, y que el valor del mes se regule conforme à lo que huvieren valido, y rentado sus frutos, y rentas en los cinco años antecedentes al tiempo en que se tomare, ò huviere tomado la posesion ::::: entrando en este computo, no solo el valor de las rentas, diezmos, y gruesa de la Dignidad, ò Prebenda, Oficio, ò Beneficio, Curato, ò Doctrina en cada uno de ellos, sino tambien de lo que huvieren valido las obvençiones, y otros proventos, y emolumentos en el mismo tiempo, haciendo para esto todas las diligencias, y averiguaciones necessarias; y lo que en los dichos cinco años montare lo junten, y repartan por iguales partes en cada uno de los meses que contienen los cinco años, de forma, que quede claro, liquido, y averiguado lo que cupiere à cada mes, y cobren lo que montare de la persona que se presentare. Insuper in officiorum Sæcularium concessione exigunt nostri Reges mediam annatam, ut habetur in *L. 4. tit. 19. lib. 8. R. Ind. ibi: Que la media annata se pague de todas las Mercedes, Titulos, Oficios, y Rentas, que se dieren por Nos, ò por nuestros Consejos, Virreyes, Capitanes Generales, y otros Ministros de qualesquier Mercedes, y Oficios, que no fueren Ecclesiasticos, siempre que para ello sea necessario Cedula, ò Despacho nuestro, ò de nuestros Ministros: así en las primeras provisiones, como en los ascensos de unas Plazas à otras, en la misma especie de monedas, en que se pagare el util de ellas, regulandose este derecho por la mitad de lo que el primer año importare el verdadero valor de los sueldos, gages, castas, propinas, luminarias, y demás emolumentos, que se gozaren con cada oficio, aunque se den por asistencia, y trabajo personal: y de la paga de este derecho no se pueda eximir, ni excima ninguna persona de qualquier estado, calidad, ò condition que sea. Que la satisfaccion de lo que importare la media annata sea en dos pagas iguales, por mitad: la primera luego de contado, antes de entregarse à la Parte el titulo, ò despacho del Oficio, Rentas, ò Merced; y la segunda den-**

*tro de un año, assegurandolo con fianzas à satisfaccion del Tesorero General de la media annata, si le huviere, ò de nuestros Oficiales Reales en las Indias, en cuyo poder ha de entrar. Milites, qui actu militant ab hoc onere eximuntur, & alij in calibus in prædicta Lege comprehensis, & prout Judex hujus causæ, attentis circumstantijs, decernat. In his Insulis est designatus unus ex Senatoribus Regijs, ut de his causis cognoscat. Aliæ instrucciones in *d. L. 4.* apponuntur: de quibus latiori calamo tractant Escalona, Gazoflac. *Regio Peruv. lib. 2. p. 2. cap. 35. & 36. Solorz. Polit. Indica, lib. 6. cap. 13. in fin. Et Supplem. Moveri, V. Annate.**

TIT. VIII.

De Concessione Præbenda, & Ecclesiæ non vacantis.

84. **U**T alicui beneficium conferrî possit, vacans esse, necessarium est. Si tamen ab alio, quam à Papa beneficium non vacans conferatur, irrita est ipso jure illius collatio. *c. 10. c. 40. 7. q. 1. c. 2. b. t. c. 4. de Donation. etiam si ab executore Pontificis conferatur, nec Episcopus, nec alius inferior Pontifice, potest delegare facultatem conferendi proximè vacatura beneficia. c. 11. b. t. nam solum Pontifex potest beneficium conferre, antequam vacet. *L. 5. t. 5. p. 1. L. 11. tit. 16. p. 1. ibi: Otorgar puede el Papa, è non otro ninguno los Beneficios ante que vacuen.* Tunc enim vacare beneficium dicitur, quando proprietario, vel possessore caret. *L. 10. tit. 16. p. 1. arg. l. 5. §. fin. ff. ad leg. Juliam, de vi publ. L. 22. §. 1. ff. de Usu, & habit.* Et quidem potest vacare. *1. de jure, & facto. 2. solum de jure. 3. tantum de facto.* De jure, & facto beneficium vacat, quando apud nullum est titulus, & possessio illius. V. g. si Beneficiarius est mortuus, vel resignavit, vel beneficium privatus est. De jure tantum vacat beneficium, quando jus, & titulum beneficij quis amisit, possessione retenta. V. g. si quis privetur titulo, & jure beneficij, vel ipso jure, vel per sententiam Judicis. *Arg. l. 10. tit. 16. p. 1. De facto tantum vacat beneficium, quando beneficiarius retinet jus, & proprietatem beneficij, illius tantum possessione amissa. V. g. si quis est à beneficio depulsus, vel si beneficiarius diu abest, &**

ubi